

DEO DUCE

Disputatio Juridica Inauguralis

D E

OBLIGATIONI-  
BUS EX CONTRACI U  
VEL QUASI CONTRACTU

Q U A M

Sub Moderamine

VIRI Nobilissimi ac Consultissimi,

MICHAELIS GÖTTSCHEIPE

WEXIONII, J. U. D. Juris, Pol. & Histor.

Profess. in Academia CHRISTIANÆ, quæ Aboæ est,  
celeberrimi, Mecœnatis observandi.

Pro Gradu Doctoratus ejusdemq; Privi-  
legijs in jure consequendis,

Publico Examini & censuræ submittit.

JACOBUS PETRI CHRONAN-  
DER W-GOTHUS.

Ad diem 14. Junii, ante & pomeridianis horis Anno 1651.

A B O A.

Imprimebat Petrus Waldi Acad. Typ. 1651.

ILLUSTRISSIMO HEROI  
AC DOMINO,  
**DN. MAGNO-GA-**  
**BRIEL DELAGARDIE**  
Comiti de Lecföö & Urnsborg Lib.B.de  
Eelholmen Domino in Kálča/Rýda/  
Magnus Hoff & Hyentorp/ etc.  
Sacrae Regiae Maj.<sup>is</sup> Regniq; Sveciæ  
Senatori & Marschalco, nec non per  
Livoniam Generali Gubernatori,  
Domino meo Gratiostissimo,

*Salutem & Vitam..*

# Illustriſſime Comes.

Domine Gratiоſiſſime.

PEcco forte largiter, Generose Heros,  
quod Prælustre Nomen Tuum, non niſi  
graviſſimum augusto dignum, vili hoc charta-  
ceo munere onerare magis quam honorare  
mibi præsumam. Verum, cum avitæ  
gloriæ culmen & virtutis, quæ in Te elucet,  
heroicie apicem uno oculo conspicor; altero  
magnum illum & nunquam satis depredi-  
candum in ordinem literariorum favorem ad  
rectæ rationis tribunal examino, è re magis  
visum est mihi, in exoticas Regiones jam  
jam abituro, parum, quam nihil ad Clemen-  
tiaę Tuę pedes humiliè deponere, quo tan-  
tum Patronum venerarer simulac mihi lu-  
crarer, in bonam spem adductus, laudatę  
Clementię Tuę auram facile velis iri coa-  
ptatam meis, quam bonis omnibus adſisten-  
tem cum admiratione arctous depraedicas

orbis. Hanc itaq; Disputationem Inaugu-  
ralem Tibi, Magne Musarum Patrono, cer-  
nuus offero, ut Clementissimi Tui Patrocinij  
albo vel insimus anotter, quod si (spero) con-  
secutus fuero, felicitati meæ lat' gratulabor,  
Clementia & Benignitati Tuæ perpetuam  
gratitudinem & humilima servitia æter-  
num pollicebor.

A B O Æ,  
8. Junii,  
1651.

Qui sum maneoq;

Illustriſſimæ Tuæ Generofitatis

Humillimus

JACOBUS CHRONANDÆ

## Præambulum.

**A**bsolute nunc meo proposito in Digestis quæ pro ingenij modulo, Novem Disputacionibus corctavi tijpūq; mandavi, animus est peculiarem aliquam ex illis Materiam feligere, eademq; brevibus ventilare. Ecce commodè mensa obversatur obligationum tractatio tum ob necessitatem nec minorem suam utilitatem.

### Thesis. Prima.

**D**UO sunt in Jure præcipua rerum genera, ad quæ cætera fere omnia suo modo referri possunt, Dominium, undè actio realis, & Obligatio, hinc actio personalis nascitur. Hujus causa est contractus, qui est duorum vel plurium conventio in id, ex quo oritur obligatio.

2. 3pl. sumitur. 1. Proprietate, cum utrinq; est obligatio mutua, l. 19, ff. de V.S. vid. Röp. B. & 14, Jord. {{. 2. Improperietate, cum alter contrahentiū tantum obligatur, ut in mutuo 8. Röp. 11, donatione. &c. 3. Latissimè, cum ex neu-

tra parte constituitur obligatio, sed constituta destrahitur, ut in liberatione per acceptationem.

3. Contractus sunt 1. *Nominati* propria & specialia nomina in legibus habentes, ut emptio, venditio, comodatum, societas &c. Et *Innominati* proprio nomine carentes quales praecipue 4. do ut des, do ut facias, facio ut facias, facio ut de., l. 5. ff. de praescriptis verbis.

4. Recepta etiam est divisio, quod alij sint *Bona fidej*, in quibus bona fides exuberat & ea etiam, ratione aequi & boni, præstanda, quæ non fuerant nominatim inter contrahentes expressa, ut in emptione & venditione, vel *stricti juris* in quibus, quamvis dominus abesse & bona fides adesse debeat, tamen ex stricto jure agitur & nihil admittunt, quam cujus facta est mentio.

5. *Substantialia* contractuum dicuntur, quæ formam & perfectionem, solennia quæ præter substantialia robur & vim, ut rati manent unicuique contractui largiuntur. *Naturalia* verò quæ contractibus facilè insunt, quamvis non exprimentur. *Accidentalia*, quæ accidunt & faciunt ad securitatem ut

cautio vel complementum, ut usus, & evi-  
ctio, vel probationem ut testes & instrumen-  
ta &c. contractus'.

6. In contractibus hæc quinq; obseruantur  
solent, dolus, casus fortuitus, lata, levis vel  
levissima culpa. De quibus nota: Dolus  
in omnibus contractibus præstatur. Casus for-  
tuitus nullo B. f. Judicio, ante moram & sine  
omni debitoris culpâ præstatur, nisi convenie-  
tione. l. 6. Cod. de pig. act. Culpam  
quod attinet tunc contractus aut solius acci-  
pientis causâ sit; ut in comodato, tum culpa  
levissima præstatur, aut solius tradentis utili-  
tas versatur, ut in deposito, & latam culpatum  
in J. R. præstari docent Jcti. Vel utriusq;  
comodum agitur, ut in locatione, pignore, so-  
cietate & lata & levis culpa præstanda venit.

7. Sequitur effectus contractus vel  
obligatio, quæ est juris vinculum, quo quis  
alicui adstringitur ad aliquid præstandum  
vel faciendum.

8. Est i. Merè naturalis, quando honestas  
te & æquitate naturali absq; Juris Civ. vincu-  
lo obligamus, ut obligatio antidoralis arg. 31.  
U. 15. St. L. Jord. B.

9. 2do, Merē civiles quā adstringimur  
ad id prætandum, quod tantum civiliter, à  
dispositione Juris Civ., deficiente naturali  
equitate & consensu debitoris, debetur, ut  
in literarum obligatione dato Chirographo,  
spē hoc vel illud consequendi, hic jus civ. das-  
torem chirograhhi obligatum tenet, quam-  
vis nihil accepit, tamen hæc obligatio actio-  
nem non vero exactionem producit, eliditur  
nō preceps  
n exceptione, & tenetur creditor illum hoc,  
cujus solutionem exigit, accepisse probare.

10. 3tio, Mixta quæ utrinq; consensu,  
Iure naturali & civili confirmatur, dum  
consensus concurrit, equitas suadet & lex  
approbat, hæc efficacissimum facit contras-  
tum, actionem simul cum exactione patens.

11. Obligatio ex contractu perficitur Re-,  
verbis, literis, aut consensu. Contrahitur etiam  
præsumptione & lege, cum s; z. secundum vel  
contra leges aliquid faciat us unde tenemur.  
Oritur etiā contractu, vel quasi delicio facto,  
necessitate, mutu, ff. 52. de O. & A.

12. Solvitur vero obligatio i. Contrario  
consensu, l. 35, ff. de R. J. re iꝝ integrā & utrāq;  
parte

parte contrahentium annuentur. §. 4. inst.  
Quibus modis toll. oblig. 2. *Novatione* quæ  
prior obligatio perimitur & nova constitus  
itur. 3. *Solutione verâ* 13. Röpm: B. 11.  
14. Rödst: B. 20. §. 2. B. B. St. L. Vel facta  
per acceptilationem, quæ est *imaginaria solu-*  
*tio.* §. 1. cit. tit.

13. 4to *Compensatione* i.e. debiti & credi-  
ti inter se contributione l. t. ff. de compens.  
Quitta är så gott som betala. 5. *Confusione*  
sive *successione* cum debtor sit creditoris  
heres, vel vice versa. 6. *Oblatione rei debite*,  
creditore etiam invito, depositione vel ob-  
latione. 7. *Interdum interitu rei debite* si mo-  
do debtor dolo & culpâ careat ejusq; mora  
non sit in causa, l. 23. ff. de V. O. 8. *Trans-  
actione*, p. 23. process. jud.

14. Generalia præmisimus sequn-  
tur specialia, & quidā obligationes rea-  
les, quæ ad perfectionem, non ita soleñ-  
tatem verborum, sed principaliter præ-  
ter consensum rei traditionem ad con-  
stituendam obligationem requirunt.  
Et s. à Justiniano numerātur, Mutuum,

indebitum, commodatum, depositum,  
pignus; & sunt vel Accessoriū contra-  
ctus qui accidunt principali obligatio-  
ni debitoris, ut pignus, vel Principales,  
quales cæteri.

25. *Mutuum* (quasi ex meo tuum)  
est contractus f. G. quo res fungibilis eā le-  
ge fit accipientis, ut constituto tempore eā-  
dem bonitate, non in specie sed genere idem  
restituatur. vid. cap. 8 14. El. St.l. Röpm: B.  
33. El. II. St. I. Kong.b. 15. 17. Rådst. B.

26. Substantialia hujus contractus sunt  
& requiruntur. 1. Ut dans sit Dominus  
rei, quæ mutuò datur l. 2. §. 4. ff. h. t. 2. Dos-  
minij translatio l. 2. §. 2. ff. h. t. 3. Res  
fungibles i.e. numero, pondere & mensurâ  
constantes, quæ in genere suam functionem  
recipiunt per solutionem, & creditor idem  
planè recipere viderur propter similitudi-  
nem eandem, utilitatem, bonitatem & affe-  
ctionem. 4. Ut illud quod redditur sit es-  
jusdem generis cum remutuò datâ, alijs ha-  
betur contractus emptionis vel permutatio-  
nis.

17. In

17. In mutuo dolum, easum & omnem  
culpam (*sive Maxima, Media & Minima*) si res  
mutuata perierit, præstare tenetur mutuari-  
rius, quia factus est Dominus rerum credita-  
rum. l. 2. ff. h. t. & non in specie sed ge-  
nere, quod non perit, restituet, *Exān stat le-*  
*andis heimforas: Exān Exān missaras.* cap. 8.  
*Kōpm: B. II.*

18. Ex mutuo nascitur certi condi-  
ctio, quā rem mutuo datam persequi-  
mūr.

19. Quamvis Bachow. in suis in-  
stitutionibus alijsq; indebitum potius  
ad quasi contractus referri velint, idq;  
si quod res est, fatendum non sine fun-  
damento, interim cum diversus respe-  
ctus hic solvat nodum; sequti du-  
ctum Justiniani ad instit. indebitum,  
quando quis per errorem solvit, quod  
non debet, hic ad similitudinem mutui  
tractamus.

20. *Indebitum est obligatio ex re, quā*  
*8072*

non debitum accipiens ei, qui per errorem  
solvit ad restitutionem obstringitur. Nobil.  
Præses Disput. Jurid. 4ta pro Argum: gener.  
reg: c. I. Jord B. El. Alt olagliga fångit/ år  
som ofångit.

21. Dicitur 4drupl. 1. *Indebitum na-*  
*turaliter, sed civiliter debitum.* E. g. Si  
quis dat Chirographum spe numeratio-  
nis pecuniae, ex dispositione juris Civil.  
convenitur, non verò naturaliter; quia  
nihil accepit. 2. *Indebitum civiliter,*  
*sed naturaliter debitum.* E. g. Quan-  
do id solvit quod solâ obligatione na-  
turali, utpote consensu, ut in nudo pa-  
cto, debetur. 3. *Et naturaliter & ci-*  
*viliter indebitum*, id est, nec jure na-  
turali nec civili debitum. 4. *Inde-*  
*bitum ope exceptionis*, cum quis natura-  
liter & civiliter tenetur, exceptionem  
tamen habet. vid: Schneid.

22. *Mutuo vicinum c. et commoda-  
sum;* Quod est contractus realis, quo res  
alicui gratuito utenda conceditur, ita ut ea  
ipsa in specie i. e. individuo restituatur. Ex  
§. 2. instit. Quibus mod. re contr: oblig:  
In J.N. idem habet nomen cum mutuo Læan  
§. l. 9 St. l. Röpmib. 16. Rådst: B. 53. l. 20.  
Gladz L.

23. *Substantialia & requisita hujus  
contractus sunt:* Ut 1. Res commodato  
concessæ utendo non consumantur;  
Quia 2. in specie non genere restitu-  
endæ. 3. Sit gratuitum, alias transit  
in nomen contractus locationis, vel in  
nominati, facio ut des. 4. Ut ad cer-  
tum usum & tempus fiat commoda-  
tum, unde à precario distat.

24. Hinc facile colligere est differentiam  
mutui à commodato: Hoc quippe domini-  
um vel possessionem civilem non transferit.  
l. 3. ff. hic. Nec admittit res, quæ utendo con-

sumuntur, nisi quis ad pompam vel ostentationem accipiat l. 3. §. 6 ff. h. t. eadem species hic restituenda. Ex J. R. hic l. 5. §. 2, & 18, ff. h. t. non casus merè fortuitus prætatur, quæ omnia secùs in mutuo servantur.

25. Et cum commodatum solius commodatarij causa ejusq. in usum erg: cap: 35. Bñgn. B. El. fiat, itaq; non tantum ex dolo, sed etiam omni culpa obstrictus est commodatarius. l. 5, §. 2. Non ita ex casu merè fortuito, & vi majori l. 18. ff. hic. & l. 1, Cod: b, t. Cum tamen limitatione; Nam si ejus culpa vel mora, quæ perpetuant obligationem, l. 91, §. 3, de V. O. intercesserit, aut ita conventum fuerit, tenebitur. Rigidius videtur etiam jus nostrum casum fortuitum exigens Arg: C, 20. §. 2. Bñgn. B. St. L. Taler han Håsten til Låns/ och fördär- svas i handom hans / huru thet hålst håndakan/ gälde Håsten åther. Si de- terior res commodata reddatur, ad re- fusionem damni tenetur commodatari- us.

26. Ex

26. Ex commodato duplex oritur actio  
Directa, data commodanti ad restitutionem  
rei commodatae vel estimationem precij:  
sue intereste deteriorationis & Contraria  
commodatario concessa ad repetendum ma-  
gnos sumptus in rem commodatam factos.  
Item si vitium rei commodator astutè cela-  
verit & damnum patiatur commodatarius.  
b. 17, §. 3, ff. h, t.

27. Depositum est contractus realis,  
quo res certa gratuito custodienda traditur,  
ut eadem in specie restituatur. Cap. 9. §§.  
§. St. L. Röpm. B. 30, Zingm. b. 10, §. 19  
Bygn. b. L. L.

28. Est Vulgare sive Proprium modò defi-  
nitum aut sequestrum, quod est rei litigiosæ  
depositio apud tertium ad decisionem cause  
C. 30, §. 3, Jord. b. L. I. Taka händer färtia. ult.  
Röpm. b. L. I. 4, §. 2, Kyrck. b.

29. Requiruntur 1. ut fiat conventio de  
ejusdem rei restitutione in specie. 2. Ut  
custodiendi causa res tradatur.. 3. Ut sine  
mercede custodia præstetur, honorarium tas-  
men admittitur.

30. In J. R. depositarius tantum dolum  
& latam culpam, nisi aliter convenierit, præ-  
stare tenetur l. 1. Cod: h. t. Quia conseruit  
factum depositoris causa non recipientis &  
sibi imputeret, si apud parum diligentem vel  
minus idoneum res tuas deposituit. Jus u-  
tem Svecicum & levissimam culpam & ca-  
sum fortuitum, nisi depositarij res una perie-  
rint vel furto auferantur, exigere videtur.  
C. 9. §. 1. El. 5. St. I. Kōpm: b. Fylgijz en båg-  
gias therather samman i så få honom sitt åher. Quod  
& Christiana charitas efflagitat. Et non  
salvâ fide minorem alienis, quam suis rebus  
diligentiam præstabit depositarius, l. 22. hic  
31.

Duæ indè nascuntur actiones deposi-  
ti Directa data deponenti ad restitutionem re-  
rum depositarum, & depositi Contraria, quā  
utitur depositarius adversus deponentem ad  
recipiendum expensas in res depositas factas.

32. Pignus nunc rem oppignoratam,  
nunc jus in re nunc contractum notat, Et  
hic est contractus quo res, maxime mobilis,  
creditori traditur propter majorem crediti  
restituendi fidem.

C. 10. II. II. 6. 7. 8. Penningar eðler Þáttir 10. II.  
12. 13. St. I. Röpm. b. 7. 8. 30. §. 1. §§. 2. 3. §. 2.  
9. St. I. Jörd. b. 10. §. 1. 25. §. 1. El. 22. §. 1. Et. I.  
B. B. 17. §. 1. Erssob. St. I. 14. §. 4. Ryrd. b.  
21. 23. Túff. B. II.

33. *Est Publicum, quod est Judiciale*  
pro re judicata, 16. §. 1. Rödst. Vel *Contumacia*  
*coercendæ causa captum*, pro argumēto 13.  
Tingm. B. cap. 7. §. 1. Rödst. B. Sive *Priva-*  
*tum ex partium conventione* 10. El. 6. St. I.  
Röpm. b. Item *Expressum expressa voluntate*. c. 1. Jörd. b. St. I. Vel tacitum, tacite  
à lege, ex *præsumptâ partium voluntate*, sic  
res conductoris ædium tacite oppignorantur  
arg. 12. B. B. St. I.

34. Dicitur etiam *Hypotheca*, sed pro-  
priè pignus rem traditam mobilem 10. Röp.  
B. El. Löfðra. Hypotheca vero rem immo-  
bilem, manente apud debitorem possessione,  
significat. I. 9. §. 2. ff. de pig. act. c. 2. §. 2. St. I.  
7. El. Jörd. B. 14. §. 4. Ryrd. B.

35. Cum hic contractus utriusq; & debi-  
toris & creditoris causa ineatur, in J. R. levis  
culpa non levissima vel casus fortuitus præ-  
statuerit. In J. autem N. pignus quoconq;

casu amissum resarcendum est, nisi culpa  
fuerit debitoris aut creditoris bona una per-  
dita, c. 10. El. 6. St. I. Röpm: B.

36. Pignus in J. N. præsentia testium  
constituendum, nec non publicè & soleoni-  
ter debitori vel ejus heredibus offerendum,  
&, si ad præstitutum tempus non redimatur,  
distrahendum. II. El. 10. 13. St. I. Röpm: b. 17 §. I.  
Erffb. St. I. 7. Jord b. El. Creditor pignoris  
usumfructum non habet. Ingen må annors  
Pant nota eller låna wider Free March och skas-  
dan åter II. Röpm: b. St. I. Nisi in immobilis  
bus. arg: 7. Jordb. El.

37. Seqvuntur consensuales contractus,  
*Emptio*, *Locatio*, *Societas*, *Mandatum*, & in his  
contractibus alter alteri adstringitur ad id  
præstandum, quod ex æquo & bono debe-  
tur; Et licet omnes veri contractus requi-  
rant consensum, ff. I. I. §. pen: de pacti; Ta-  
men hi specialiter solo consentu dicuntur  
constare respectu cæterorum: quippe illi præ-  
ter consensum amplius quid exigunt scilicet  
res, verba solennia vel scripturam ad constituen-  
dam obligationem,: Sic in mutuo quamvis  
multoties conveniente tecum de pecunia mihi

mutuo dandā, ante tamen numerationem  
tibi non maneo obligatus. Sed emptio  
venditio, dum conveutum de re venden-  
dā & pretio, perficitur, quā obligationē &  
actionem, adeo ut alterutrā parte invia non  
liceat recedere. s. C. de O. & A. 13. ff. de re-  
scind: vend. Quid J. N. vid: c. i. Rōpm: b.  
St. I. Notandum tamen hic solum consensus  
suri non pro nudo pacto sumi, nam consensus  
sus requirit aliquod adminiculum sive conven-  
tionis causans ob quam consensus datur.

38. Primo loco de Emptione tan-  
quam contractu frequentiori & prae-  
stantiori. *Emptio venditio est contractus*  
*consensualis B. f. initus de re pro certo pre-  
sio consequenda*, vid: Rōp. b. Jord. B.

39. Substantiale hujus contractus præci-  
puum est *Consensus*, qui hic audit forma esen-  
tialis. Et in J. N. testibus ac datione arrha  
roborandus. Arg: c. i. s. Cl. 1. 4. St. I. Rōp: b.  
15. 20. Ziuß b. Cl. 2. Requiritur *Merx*, quæ  
est in commercio, cuiusq; alienatio non est  
prohibita. Unde bona coronæ 30. Kongb.  
Cl. Res litigiosæ in sequestro positæ. Arg.

c. 30. §. 4. Jord:b. El. Hafwi engin māld at dōma Jordegodz i qvarstadu &c; Sacrae 14, §. 3, Kyre:b. Furtivæ, alienæ, loca communia, 31, §. 1, B. B. El. Jure regulariter non venduntur. 3. *Premium* sine quo non est emptio, & consistit præcipue in pecuniâ numerata, aliâs transit in nomen contractus permutationis g. 1, 2, instit: h. t.

40. Jus N. Uxorem, liberos, famulos, inscio patrefamilias hunc contractum inire vetat, nisi res ad vendendum expositæ, secus si fiat, P. et familiæ potestatem revocandi habet, Hicor som koper widh husfrw Bondans wthan mitu hans / åge Bende māld rhet Röp återfalla. &c. 4, El. 3, §. 1, Et. l. Röpm:b

41. Nonnunquam moris est sequentia adjicere pacta. 1. *Addictionis in diem* à veteribus Frâsmarch dictum, c. 5, Röp. B. Bpl. L. Quo agitur ut emptio rata habeatur, nisi intra statutum tempus melior conditio offeratur. l. i. ff. hic.

42. 2. *Legis commissoriae* quo caretur ut, pecuniâ ad certum diem nō solutâ, res sit inempta, l. 2. ff. h. t.

43. 2v

43. 3. Retrovenditionis, quo venditor vel ejus heredi rem venditam, accepio pretio, redimendi potestas reservatur. l, 2.  
cod: de pactis inter emptorem & vendic.

44. Hunc contractum rescindit 1. Consensus mutuus, re adhuc integrâ. 2. Dolus malus c, 2, 3, Röpm: b. Non verò semper ita dolus negotialis. 3. Error in substantia rei venditæ. 4. Vis & metus: Nihil quippe consensui magis contrarium quamvis & metus l. 116. de R. J. 5. Ins. retractus sive prælationis, quo tertius rem immobilem venditam ob prærogativam cognitionis, vicinitatis c, 9, s, 2, B. B. St. 1. Societatis intra tempus lege definitum retrahit c, 2, 3, 4, 5, 6, 7, El. & 1, 2, cum seqv. St. L. Jord. B.

45. Locatio, conductio emptioni proxima est, ijsdem juris regulis constat l, 2, ff, h t. f, 3. inst: h. t. Differunt tamen: hæc quippe dominium, illa rei utrum in tempus transfert, hic de re tota & omni jure, ibi de usutentum agitur.

46. Est locatio conductio contractus consensualis J.G. B.f. in quærerum. c, 20, Jord b. El. 53

**B. B.** l. Vel Personarum. C. 15, Et 21, Et l.  
**B. B.** Vel Animalium 20, **B. B.** St. l. Usus  
certa aliquam mercede constituitur, vid: etiam c. 82,  
l. 33, §, 1, St. l. Röpm; b. 10, 14, 12, **B. B.** St. l.  
16, p, 1, Nädst:b.

**47.** Est Temporalis ad certum tempus c.  
20, Jordb. l. 15, §, 4. **B. B.** l. Vel ad longum  
tempus sive perpetuum Emphyteusis dicta §, 3,  
inst: b. t. Quæ tamen varie differt à locati-  
one; Hæc enim etiam est rei mobilis, illa  
tantum rerum immobilia. Emphyteuta  
canone annuum in recognitionem dominij  
directi, cum ille habet tantum utile Domini-  
um; Conductor vero, in compensacionem  
usus, mercedem solvit, l. 3, inst: b. t. &c.

**48.** Substantialia Loc-conductionis sunt  
tria, Consensus, Rei usus & merces.

**49.** 2pl: Ex hoc contractu oritur actio  
1. Locati, concessa locatori adversus con-  
ductorem, ut rem integrum, §. Röpm; b. 21. Leger-  
man aff androm hæst eller hwadh ting thet wara-  
fan etc. thet skal ospile æther antwardas 25, Jordb.  
l. 13, B. b. St. l. Cum mercede eod: & 16, §, 1,  
Nädst:b. restituat. Ex J.R. quia hic contractus  
utriusq; gratia celebratur in hoc judicio dol-

&c

& levis non levissima culpa, nec casus fortuitus venit. l. 28, c. b. t. Jus N. etiam exigit dolum & culpam 20, in pr: B. B. St. I. Non ita casum fortuitum & vim maiorem, cui resisti non potest. eod: §, 1, arg: etiam 35, §, 2, B. B. I.

50. 2. *Conducti* data conductori, quâ repetit expensas utiles in re conductâ factas, ut liceat rebus conductis ad præstitutum tempus util. 7. cum seq: ff, hic II, B. b. St. I. Aliâs in J. N. dimidiâ mercedem locator conductori numerabit. eod: Ut rem locatam dicto usui aptam reddat, 14, B. b. St. I. l. 15, ff. Loc-cond: item ut interest & refusionem mercedis, si rem vitiatam pro bona, & dannum datum sit, locaverit, præstet.

51. 3tia Species societas (Bologh) que est contractus consensualis, de rebus & operis honestis, lucrisq; & damnis ex ijs communiter & aequaliter habendis. Cap: ult. Jord: b. I. 30, Zingm: b. arg: etiam 23, II. 18, St. I. Giff: b. 3, 4, §, 2, Zingm: b. II. 21, p. 2, Edzör b. 10, Hög: b. I. 15, §, 5, R. b. St. I. Widerlågning. 14, p. 3, Kópb. St. I.

52. Natura hujus contractus est ut fiat ex qualis communicatio damni & lucri, Bættraß

thera Godz/ hættes fôre bådom/ fatti het minstas/)  
minstes fôre bådom/ 30. Jore b. cl. Nam ini-  
quissimum est societatis gen<sup>o</sup>, ex quâ quis das-  
sum & non lucrum sentiat, l. 29, ff, pro soc:  
& societatis vinculum est communio utilita-  
tis<sup>r</sup>. Lucrum est damno & expensis deductis,  
damnum autem lucre omni deducto,

33. Socij inter se præstabunt dolum & le-  
vem, non levissimam culpam, nec casum for-  
tuitum l. 5. Nam officit tali diligentia rebus  
communibus; quali suis prospicere, l. 52, ff,  
pro soc: & qui minus diligentem socium ad-  
mittit sibi imputet atq; de se queratur, l. 72, ff,  
pro soc:

34. Solvitur societas: 1. Morte alterius  
socij naturali vel civili, l. 35, ff, h. t. 2. Tem-  
pestivâ renunciatione l. 17, p. 2, 65, p. 7, ff, pro  
soc: 3. Finito negotio cuius causa inita e-  
rat. 4. Propter publicationem, l. 65, p. 12,  
ff, pro soc: Vel cessionem honorum so-  
cij 5. Consensu 6. Peremptione rerum in  
quibus societas est contracta, l. 63, p. 10, cod.

35. Non ex iucro, sed officio & amicitia  
originem trahit mandatum, quasi manu datum,  
(alias gratuita procuratio) quod est contractus.

consensuali quo dominus negotium B: f: gerendum  
suscipienti procuratori committit. Vid: 15, cl: 9,  
St. l. Jordb. 33, Edzor. b. cl. Vimbuch & Vm-  
budyman p. 15, proc. jud.

56. 5. Contrahitur modis: sive suā tan-  
tum, gratiā aliquis tibi mandet, sive suā & tuā  
sive alienā tantum, sive sua & aliena, sive tua  
& aliena. p. 1, inst: b, t.

57. Debete esse gratuitum li, ff, mand: a-  
micitia enim non est mercenaria, alias locata  
opera est, honorarium tamen oblatum reci-  
pere licet. Mandatum suscipere quidem  
liberum est, sed semel susceptum expediendū,  
l, 22, ff, b, t. Mandati verò materia est lis &  
negotium honestum, unde procurator alius  
ad litem sive judicialis, alius ad negotia sive Ex-  
trajudicialis. Mandatura verò rei flagitiosæ non  
est obligatorium.

58. Hinc actio mandati directa mandanti  
datur ad exigendum quod aequū & bonum postulat.  
& contraria mandatario adversus mandantem  
competens, ut indemnis maneat. Non debet  
enim alicui suum officium esse damnosum, Reg: Ja-  
vel quis ex alterius lucro, damnum sentire.

59. Consensuales contractus excipit vera  
B: 8, bon

borum obligatio, quæ præter consensum requirit verba solennia ex quibus omnem vim & robur mutuatur, dicitur alias stipulatio & est conventio solennibus verbis, ex interrogatione & responsione confecta, ubi respondens interroganti obligatur ad id prestandum, quod promisit.

60. Stipulatio aut est pura, aut in diem, aut conditionalis, ff. de V.O. & est firmus contractus, nostro vero juri minus cognitus, Svetice tamen dicitur, Mansi Ord. Vicar s. Abhra. Et stipularis dicitur, qui interrogat & sibi vult aliquid promitti.

61. Literarum obligatio scripto perficietur, cum quis scripturâ utpote Chirographo se obligat. 23. El. II. St. I. R. B.

62. Faucis de obligationibus ex quasi vel improprijs contractibus, qui expressam non habent conventionem; tamen ad maleficium referri nequeunt, in quibus quis ignorans aliquando etiam absens, in uitio obligatur, presumitur tamen consentire atq; contrahere, tacita quippe est conventio juris presumptione, presumunt enim leges ab una parte quemlibet velle suam conditionem meliorem fieri.

63. Prima species est negotiorum gestio; quæ est

est quasi contractus, quando quis suā sponte sine manda o aliena negotia curanda suscipit. Arg. c. 290. L. 20. p. 5. ll. Rong; b.

64. Negotium gestum ad aliquem dicitur spectare 8. modis. 1. Curā & solicitudine. 2. Re iusta. 3. Rati habitione. 4. Ipso gestu. 5. More civitatis. 6. Naturali ratione. 7. Virtute consequenti. 8. Preambulā voluntate. vid. Schncidz ad inst. h. t.

65. 2plex hinc actio directa adversus gestorem, qui de dolo & levi, secundum quosdam, ex illam culpā tenetur; cum non minore necessitate, ne quis temere, quam nullos, aliena negotia suscipiat. Ut dicit Bachov. ad inst. h. t. Et contraria competens negotiorum gestori ad repetendum quod de suo in gestione utiliter impendebat.

66. 2. Administratio tutelæ est qv. contra dictum (consensus enim pupilli non ita requiritur cum ei ipsi invito & ignorantibus tutor constitui possit, tutor etiam adeundo administrationem ad reddendas rationes se obligavit) quo tutor pupillo ejusque bonis prospicere obligatur, 20. l. 15. St. I. Giffib.

67. Hinc 2plex actio directa tutelæ adversus tutorem de reddenda sua administratio quis

dis ratione, 15. Gifft.b. St.l. In J.R.tutor do-  
lum & diligentiam, quantum in suis rebus. 1.  
1. ff. de tut: & rat: distra, & levem non levissi-  
mam culpam præstabit. 1. 7. cod: arb: tutelæ  
Admodum rigidum hic est Jus N. Barnagoz  
mā ey slunkæller brinna/ &c. Non tamen sim-  
pliciter. cit. c. 15 St.l Gifft.b. Et contraria  
actio tutelæ aduersus pupillam, ut tutor inde-  
missis, quantum fieri potest, præstetur.

68. 3. Communio rerum, non tamen ex  
societate, in qua expressus est consensus, sed  
ubi ex accidenti vel sine proposito duo aut  
plures in rerum dividendarum communio-  
nem incidunt. E.g. Si eadem res duobus le-  
gata donata &c. fuerit. Arg: c. 1. 32. 41. 3. b. ll.

69. Item ex communione hæreditatis ubi  
is obligatur, qui cohæredes habet: p. 3. inst: de  
oblig: ex quasi contr: arg: 13. 15. ll. 9. 10. St. l.  
Erffd B. Hinc oritur actio famil. Hercisc.

4. Hæreditatis actio, ubi hæres adeundo  
hæreditatem obligatur legata à defuncto le-  
gatario promissa præstare. Arg: c. 19. p. 2.  
Erff.b. St.l & c. 17. Jord.b. St.l. De solu-  
tione indebiti, vid: Th. 19. & 20.

DEUS laudandus in secula.

Clarissimo & Eruditissimo Viro-iuveni,

DN. JACOBO CHRONANDRO,  
Juris Utriusq; Candidato dignissimo, Amico suo  
sincerè colendo, pro summis in Jure Doctoratus  
honoribus, De Obligationibus doctè  
solidèq; disputanti.

Hactenus ut Themidos Secreta volumina Sa-  
Volvisti gnavâ nocte dieq; manu; (cra  
Sic tibi, Chronander, p̄ magnos tradit honores  
Quos meruit virtus, Herculeusq; labor.  
Hoc equidē mandat, Recti reverentia & aequi  
Præmia quæ cunctis solvere justa solet.  
Claro Doctoris titulo, perdocte CHRONANDE,  
Ornatus vigeas, nomen & omen habēs,  
Sidere debine fausto Patrijs loca dissipata terris  
Lustres, ac redeas salvus & incolumis.  
Hoc precor ex animo, votisq; ardenti⁹ opto,  
Expetit hoc mecum Piériusq; Chorus.

Honoris & Amoris Ergò L. M. q;  
apponebat

NICOLAUS L. NYCOPENSIS

Log: & Poët: Profess. P.

JA:

JACOBUS PETRI CRONAN,  
DER. VESTROGOTUS,

MELIORUM MUNERUM OS Enclitis adjectis,  
ACER IN ARTE VIGES DOCTOR, NO-  
TUS SQ; PROBVS SQ;

Unicā linea dīmico unicē dilecto

ita L. M. q; gratulabatur

JOHANNES WASSENIUS

S. Reg. Jud. Ab. Advocatus Fisci.

Jura dabit primū celsi Moderater Olympi,  
Atq; eadem servat, servare jubet quoque stricte  
Cunctos, qui vitā cupiunt gaudere beatā.  
Oppressis, nulli pax Legibus evenit alma.  
Brutè ne vivunt, qui legum vincula rumpunt  
Urbis, pagus, tellus sine lege inculta jacebunt,  
Sicq; animus semper prvidus trepidabit iniquas  
Eduadoras, quid multis? Solvetur machina mundis,  
Ex quo si pereat Sacra Regula juris.  
Te Legum Cultor! Te juris strenue vindex!  
Rara manent laudis præconia Docte Chronander,  
Iuris, qui nodos sat difficiles utriusque,  
Concinnè, promptè, nervose solvere nosti.  
Hoc quoties docto formaras ore Lyceum?  
Responsis miram satia, ingenijque tuis vim,

Omenes

O mnes constanter testamur inesse paratus.  
N unc DEus, atq; Magistratus tibi præmia larga  
A fiduis tribuent studijs condigna peractis.  
N ec te celabo me totum in gaudia mille,  
D iffusum. Latas collectq; ad sidera voces  
E xultans Patriæ tellus, se progeniūsc  
R erum consultum. Cedant tibi singula faustis

Eximis Docto Viro, DN. JACOBO P. CHRONAN<sup>o</sup>  
D R O, J. U. Candidato, Fætori suo constantissimo,  
pro Gradu Doctoratus acute more suo Disputanti,  
Amoris & Honoris ergo hæc pauca gratulabun-  
dus apposuit.

P E T R U S A. B E R G I U S  
Philosoph. Adjunctus,

---

Q uid juvat esse pium, vigilem se dederat  
Musis, (nandens  
Doctrinâ clarus celeber probat hocce Chro-  
A doctis Doctor Clarissimus ecce vocatur.  
Felix ac cautus vestigia qui tua calcat;  
Quid facit en pietas studio cum cōpāre juris:  
Aeternū reddet te, Docte JACOB E beatum  
Cum CHRisto. Clemens tibi prospera des-  
DEUS oro.

Honoris & testificandi Amoris ergo, non tam ut debuit,  
quam ut potuit, ita subiecit.

A NDREAS MAGNI KINNORÆUS  
W-Gothus.

Rv. Diss. dupl.

Hortos per Sophie vectus, Themidis  
CHRONANDER.

Divas solitatis florea sertajuant.  
Utraz contendit frondes contexere primas:  
Primum sed Sophie junct' amore vires;  
Hac comitatus adis Legu cultissima pratas  
Unde refers niveis lilia dignagenis.  
Carpis nectareos flores in vertice Jacobs,  
Laurea serta Toemis nectit E alma tibi.  
Quid restat? Voveo volvatur parta peregrini  
Gloria successu nominis usq; Tui!

Clarissimo & Politissimo, DN. J. CHRONANDER  
D.R.O., J.U. Candidato meritissimo, Fautori & Amico suo iugiter colendo, Honoris ergo occupatus  
reliquie

PETRUS WARELIUS O-Gothus.